



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 De his, quæ pertinent ad conuictum hominu[m] adinuicem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

magnifico apparatu, tum quia non erat facile quin ex his in superbiam, & tyrannidem erigerentur; tū etiam quia si principes non erant multum diuites, & erat laboriosus principatus, & sollicitudine plenus, non multum affectabatur a popularibus, & sic tollebatur seditionis materia.

AD QUINTVM Dicendum, quod illud ius nō debebatur regi ex institutione diuina, sed magis prænunciabatur usurpatio regum, qui sibi ius iniquum constituunt in tyrannidem degenerantes, & subditos deprædantes. & hoc patet per hoc quod in fine subdit. Vobisque eritis ei serui: quod proprie pertinet ad tyrannidem, quia tyranni suis subditis principantur ut seruis. unde hoc dicebat Samuel ad terrendū eos ne regem peterent, sequitur enim. Noluit autē audire populus uocem Samuelis.

¶ Potest tamen contingere, quod bonus rex absque tyrannide filios tollat, & constituat tribunos, & centuriones, & multa accipiat a subditis suis, propter commune bonum procurandum.

ARTICVLVS III.

Utrum conuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia quantum ad popularium conuictum.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia, quantum ad popularium conuictum. Non enim possunt homines pacifice uiuere adinuicem, si unus accipiat ea quæ sunt alterius, sed hoc uidetur eē inductum in lege. dicitur enim Deut. 23. Ingressus uineam proximi tui comedere uinas quantum tibi placuerit. ergo lex uetus non conuenienter prouidebat hominum paci.

¶ 2 Præ. Ex hoc maxime multæ ciuitates. & regna destruitur, quod possessiones ad mulieres pueniūt ut * Philosophus dicit in 2. Polit. sed hoc fuit inductum in ueteri lege. dicitur enim Num. 27. Homo cū mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. ergo nō conuenienter prouidit lex salutem populi.

¶ 3 Præ. Societas hominum maxime conseruatur per hoc, quod homines emendo & uendendo, sibi inuicem res suas commutant, quibus indigent, ut dicitur in 1. * Pol. sed lex uetus abstulit uirtutem uenditionis, mandauit. n. quod possessio uendita reuertetur ad uenditorem in quinquagesimo anno Iubilæi, ut patet Leuit. 25. inconuenienter igitur lex populum illum circa hoc instituit.

¶ 4 Præ. Necessitati bus hominū maxime expedit, ut homines sint prompti ad mutuum cōcedēdum, quod quidem promptitudo tollitur per hoc, quod creditores accepta non reddunt. unde dicitur Eccl. 29. Multi non cā nequitia non fenerati sunt, sed fraudati gratis timuerunt. hoc autem induxit in lege, quia mandauit Deut. 15. Cui dētur aliquid ab amico, uel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini. & Exod. 22. dicitur, quod si pignus domino animal mutuarū mortuū fuerit, reddere non tenetur. Secundō, quia aufertur ei securitas, quæ hñ per pignus dicitur. n. Deut. 24. Cūm repetes a proximo tuo rem aliquam quam dēt tibi, non ingredieris domum eius ut pignus auferas. & iterū: Non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei: ergo insufficienter fuit ordinatū in lege de mutuis.

¶ 5 Præ. Ex defraudatione depositi maximum periculum imminet: & ideo est maxima cautela adhibenda. unde etiam dicit Mach. 3. quod sacerdotes inuocabāt eum de celo, quod de depositis legem posuit, ut his qui

F deposuerant ea salua custodiret, sed in preteritis legis parua cautela circa deposita addita. enim Exod. 22. quod in amissione depositi in ramento eius apud quem fuit depositum.

¶ 6 Præ. Sicut aliquis mercenarius locat opus, ita etiam aliqui locant domum, uel quatuordecim iusmodi, sed non est necessarium, ut statim pro locata domo conductor exhibeat. ergo etiam mis durum fuit quod precipitur Leuit. 19. Non rabitur opus mercenarii tui apud te uique mensuris durum.

¶ 7 Præ. Cum frequenter imminet iudicium necessitas, facilius debet esse accessus ad iudicium. uenienter igitur statuit lex Deut. 17. ut irent ad iudicium in diebus illis.

¶ 8 Præ. Possibile est non solum duos, sed etiam plures concordare ad mentium. inuenienter igitur dicitur Deut. 19. In ore duorum trium testium stabit omne uerbum.

¶ 9 Præ. Pena debet taxari secundum quantum culpe, unde dicitur etiam Deut. 25. Pro mensura cati, erit & plagatum modus: sed quibusdam libus culpis lex statuit inæquales penas. Dicitur Exo. 22. quod restituitur fur quinque boues pro boue, & quatuor oues pro una oue. quare non multum graui peccata graui pena puniuntur. sicut Num. 15. lapidatus est, qui collegerat ligna in batho. Filius etiam proteruis propter paratitiam quia scilicet comestrationibus uacabat & comamandatum lapidari, Deut. 21. igitur inconuenienter in lege sunt instituta pene.

¶ 10 Præ. Sicut Aug. dicit 21. de ciuitate Dei. genera penarum in legibus esse scribit Tullius. in natura, uin cula, uerbera, talionem, ignominiam mortem, seruitutem: ex quibus aliqua sunt instituta. Damnum quidem, sicut cum fur condempnatus ad quintuplum, uel quadruplum. Vincula sicut Num. 15. mandatur de quodā, quod in cludatur. Verbera uerō, sicut Deut. 25. Si peccauit, dignum uiderint plagis, proteruitatem se facient uerberari. Ignominiam etiam illi, qui nolebat accipere uxorem fratris sui de qua tollebat calciamentū illius, & spuebat in illius. Mortem etiam inferrebat, ut patet Exo. 21. maledixerit patri suo, aut matri, morte mortuam etiam talionis lex induxit, dicens Exo. 21. lum pro oculo, dentem pro dente. Inconuenienter uidetur, quod alias duas penas, scilicet exitum salutem lex uetus non infligit.

¶ 11 Præ. Pena non debetur nisi culpæ, sed animalia non possunt habere culpam. ergo inconuenienter eis infligitur pena, Exod. 21. Bos lapidabitur qui occiderit uirum, aut mulierem. Deut. 20. dicitur: Mulier quæ succubuerit cuiuslibet uirito, simul interficiatur cum eo. sic igitur inconuenienter ea quæ pertinent ad conuictum mutuum adinuicem, fuerint in lege ueteri ordinata.

¶ 12 Præ. Dominus mandauit Exo. 21. quod occiduum morte hominis puniretur, sed mors animalis multo minus reputatur, quam occisio hominis. ergo non potest sufficienter recompenari homicidii per occisionem bruti animalis. uenienter igitur mandatur Deute. 21. quod qui inuenit mortuum fuerit cadauer occisi hominis, & sepelitur eisdem reus, seniores propinquioris ciuitatis uentulam de armento, quæ non traxit in terra, ram atque saxosam, quæ nunquam arata esset, in terra recepit, & cecident in ea ceruicæ uitæ.

li. 2. c. 7. ad med. to. 5.

Lib. 1. c. 5. & 7. to. 5.

SED CONTRA est, quod pro speciali beneficio cō memoratur in psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut* Aug. in 2. de ciuit. Dei, introducitur Tullio dictum, Populus est ceterus multitudinis, iuris cōsensu, & utilitatis communione sociatus: unde ad rationem populi pertinet, ut cōmunicatio hominum adinuicem iustis p̄ceptis legis ordinetur. Est autem duplex communicatio hominum adinuicem. Vna quidem quæ sit authoritate principum. Alia autem sit propria uoluntate priuatarum personarum. Et quia uoluntate uniuscuius que disponi potest, quod eius subditur potestati, iō autoritate principum, quibus subiecti sunt homines, oportet q̄ iudicia inter homines exerceantur, & penæ malefactoribus inferantur. Potestati uero priuatarum personarum subdūt res possessæ, & ideo propria autoritate in his possunt sibi inuicem communicare, puta emendo, uendendo, donando, & aliis huiusmodi. Circa utranque autem communicationem lex sufficienter ordinauit. Statuit. n. iudices, ut patet Deuto. 16. Iudices & magistrōs constituit in omnibus partibus eius, ut iudicent populum iusto iudicio. Instituit etiam iustum iudicij ordinem, ubi dicitur Deut. 1. Quod iustum est iudicate, siue cuius ille sit, siue peregrinus, nulla erit personarum distantia. Sustulit etiam occasionem iniusti iudicij, acceptionem munerum iudicibus prohibendo, ut patet Exo. 23. & Deu. 16. Instituit etiam numerum testium duorum, uel trium, ut patet Deut. 17. & 19. Instituit et certas penas p̄ diuersis delictis, ut post dicitur. Sed circa res possessas optimum est, sicut dicitur* Ph. ilof. in 2. Polit. quod possessiones sint distinctæ, & usus sit partim communis, partim autem per uoluntatē possessorum communicetur. & hæc tria fuerunt in lege statuta. Primò. n. ipsæ possessiones diuisæ erant in singulos. dicitur. n. Num. 34. Ego dedi uobis terrā in possessionem, quam forte diuidetis uobis. Et quæ per possessionum irregularitatem plures ciuitates destruantur, ut* Philoſop. dicit in 2. Polit. ideo circa possessiones regulandas triplex remedium lex adhibuit. Vnum quidem, ut secundum numerum hominum æqualiter diuiderentur. unde dicitur Num. 34. Pluribus dabitur latior, & paucioribus angustior. Aliud remedium est, ut possessiones non in perpetuum alienentur, sed certo tempore ad suos possessores reuertantur, ut non cōfundantur sortes possessionum. Tertium remediū est ad huiusmodi confusionem tollendam, ut proximi succedant mortibus. Primò quidem gradu filius, secundò autem filia, tertio fratres, quarto patrui, quinto. quicumque propinqui. Et ad distinctionem sortium conseruandam ulterius lex statuit, ut mulieres quæ sunt hæredes, nuberent suæ tribus hominibus, ut habetur Num. 36. Secundò uero instituit lex, ut quantum ad aliquam usum rerum esset communis, & quantum ad eorum praeceptum est. n. Deut. 20. Non uidebis bouem & ouem fratris tui errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo, & similiter de aliis: secundò quantum ad fructum. Concedebatur enim communiter quantum ad omnes, ut ingressus in uineam amici licite comedere posset, dum tamen extra non deferret. Quantum ad pauperes uero specialiter, ut eis relinquere tur manipuli obliti, & fructus, & racemi remanentes, ut habetur Leu. 19. & Deuto. 24. & etiam communicabantur ea quæ nascebantur in septimo anno, ut habetur Exod. 23. & Leuit. 25. Tertio uero statuit lex communicationem factam per eos qui sunt rerum domjni, unam pure gratuitam: un-

A de dicitur Deut. 14. Anno tertio separabis aliam decimam, uenientq̄. leuites & peregrinus, & pupillus & uidua, & comedent & saturabuntur. Aliam uero cū recompensatione utilitatis, sicut per uenditionem & emptionem, & locationem & conditionem, & p̄ mutuum, & iterum per depositum, de quibus omnibus inueniuntur ordinationes certæ in lege. unde patet quod lex uetus sufficienter ordinauit conuictum illius populi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut Apof. dicit Ro. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit, quia. s. omnia p̄cepta legis, p̄cipue ordinata ad proximum, ad hunc finem ordinari uidentur, ut hoies sibi inuicem diligant: ex dilectione autem procedit, q̄ homines sibi inuicem bona sua communicent: quia ut dicitur 1. Io. 3. Qui uiderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? & ideo intendebat lex homines assuefacere, ut facile sibi inuicem sua cōmunicarent, sicut & Apof. 1. ad Tim. 6. diuitibus mā dat facile tribuere, & communicare. Non autem facile communicatiuus est, qui non sustinet q̄ proximus aliquid modicum de suo accipiat absque magno sui detrimento: & ideo lex ordinauit, ut liceret intrantem in uineam proximi, racemos ibi comedere, nō aut extra deferre, ne ex hoc daret occasio grauis damni inferendi, ex quo pax perturbaretur, quæ inter disciplinatos non perturbatur ex modicorum acceptio ne, sed magis amicitia confirmatur, & assue fiunt homines ad aliquid facile communicandum.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ lex nō statuit, quod mulieres succederent in bonis paternis, nisi ex defectu filiorum masculorum. Tunc autē necessarium erat, ut successio mulieribus concederetur in consolationem patris, cui graue fuisset si eius hærditas omnino ad extraneos transiret. Adhibuit tamen circa hoc lex cautelam debitam, p̄cipiens ut mulieres succedentes in hærditate paterna, nuberent suæ tribus hominibus, ad hoc quod sortes tribuū non confunderentur, ut habetur Num. ult.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut* Philof. dicit in 2. Polit. Regulatio possessionum multum confert ad conseruationem ciuitatis, uel gentis: unde sicut ipse dicit, apud quasdam Gentilium ciuitates statutum fuit, ut nullus possessionem uendere posset, nisi pro manifesto detrimento. Si. n. passim possessiones uendantur, potest contingere, quod omnes possessiones ad paucos deueniant, & ita necesse erit ciuitatem, uel religionē habitatoribus euacuari: & ideo lex uetus ad huiusmodi periculum remouendum sic ordinauit, quod & necessitatibus hominum subueniretur, concedens possessionum uenditionē usq; ad certum tps: & tñ periculum remouit, p̄cipiens ut certo tempore possessio uendita ad uendentē rediret. Et hoc instituit, ut sortes non confunderentur, sed semper remaneret eadē distinctio determinata in tribubus. Quia uero domus urbana nō erāt sorte distinctæ, iō concessit quod in perpetuum uendi posset, sicut & mobilia bona. Nō. n. erat statutus numerus domorum ciuitatis, sicut erat certa mensura possessionis, ad quam non addebatur. Poterat autem aliquid addi ad numerum domorū ciuitatis. Domus uero quæ non erant in urbe, sed in uillamuros non habentes, in perpetuum uendi non poterant: quia huiusmodi domus non constituuntur nisi ad cultum, & ad custodiam possessionum: & ideo lex congrue statuit ius circa utranque.

AD IIIUM dicendū, q̄ sicut* dictū est, intentio legis erat assuefacere homines suis p̄ceptis ad hoc, q̄ sibi in-

De alienatione domorum & possessionum. c. 5. ante med. tom. 5.

In solut. ad 1. argum.

subiunctem de facili in necessitatibus subuenirent: F quia hoc maxime est amicitiae fomentum. Et hanc quidem facilitatem subueniendi non solum statuit in his quae gratis & absolute donantur, sed etiam in his quae mutuo conceduntur: quia huiusmodi subuentio frequentior est, & pluribus necessaria. Homini autem subuentiois facilitatem multipliciter instituit. Primo quidem, ut faciles se praeberet ad mutuū exhibendum, nec ab hoc retraherentur anno remissionis appropinquante, ut habetur Deut. 15. Secundo, ne eum, cui mutuū concederent, grauarent, uel uisuris, uel etiam aliqua pignora omnino uitae necessaria acciperent, & si accepta fuerint, q̄ statim restituerentur. Dicitur. n. Deut. 23. Non feneraberis fratri tuo ad usuram. & 24. Non accipies locū pignoris inferiorem, & superiorem molam, quia animā suā apposuit tibi. & Exo. 21. dicitur: Si pignus a proximo tuo acceperis uestimentum, ante solis occasum reddes ei. Tertio, ut non importune exigerent, unde dicitur Exo. 23. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor. & propter hoc etiam mandatur Deo. 24. Cū repeteris a proximo tuo rem aliquam, quam dēt tibi, non ingredieris in domum eius, ut pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit, tum quia domus est tutissimum uniuscuiusque receptaculum, unde molestum homini est, ut in domo sua inuadatur: tum etiam quia non cōcedit creditori, ut accipiat pignus quod uoluerit, sed magis debitori, ut det quo minus indigerit. Quarto, instituit ut in septimo anno debita penitus remitterentur. Probabile. n. erat, ut illi qui cōmodo reddere possent, ante septimum annum redderent, & gratis mutuantem non defraudarent. Si autem omnino impotentes essent, eadem ratione eis erat debitum remittendum ea dilectione, qua etiam erat eis de nouo dādū propter indigentiam. Circa animalia uero mutuata haec lex statuit, ut propter negligentiam eius, cui mutuata sunt, si in ipsius absentia moriantur, uel debilitentur, reddere ea compellatur. Si uero eo praesente, & diligenter custodiente, morua fuerint, uel debilitata, non cogebatur restituere, & maxime si erant mercede conducta, quia ita etiam potuissent mori & debilitari apud mutuantem, & ita si conseruationem animalis consequeretur, iam aliquod lucrum reportaret ex mutuo, & non esset gratuitum mutuū. Et maxime hoc obseruandum erat, quando animalia erant mercede conducta, quia tunc habebat certum pretium pro usu animalium: unde nihil accrescere debebat per restitutionem animalium, nisi propter negligentiam custodientis. Si autem non essent mercede conducta, potuissent habere aliquam aequitatem, ut saltem tantum restitueret, quantum usus animalis mortui, uel debilitati conduci potuisset.

De depofiti
restituendis
& reddendis.

AD QUINTVM dicendum, quod haec differentia est inter mutuū & depositum, quia mutuū traditur in utilitatem eius, cui traditur, sed depositum traditur in utilitatem deponentis. & ideo magis ardebat aliquis in aliquibus casibus ad restituendum mutuū, quam ad restituendum depositum. Depositum enim perdi poterat dupliciter. Vno modo, ex causa inuitabili, uel naturali, puta si esset mortuum uel debilitatū animal depositū, uel extrinseca, puta si esset captum ab hostibus, uel si esset comestum a bestia, in quo tamen casu tenebatur deferre ad dominum animalis id quod de animali occiso supererat; in aliis autem *supradictis casibus nihil reddere tenebatur, sed solum ad expurgandam suspicionem

In ista sol.

fraudis tenebatur iuramentum praestare. Alio poterat perdi ex causa euitabili, puta, per furtum tunc propter negligentiam custodis redderetur. Sed, sicut *dictum est, ille qui mutuo animal, tenebatur reddere, etiam si debilitatum mortuum fuisset in eius absentia: de mortuo negligentia tenebatur, quam depositarius, quia tenebatur nisi de furto.

AD SEXTVM dicendum, quod mercenarii cant operas suas, pauperes sunt, de laboribus suum quarentes quotidianum, & ideo lex procedit ordinari, ut statim eis merces solueretur, nec eis deficeret. Sed illi qui locant alias res, diuites consueverunt: nec ita indigent locationis pretium victum quotidianum. & ideo non est ratio in utroque.

AD SEPTIMVM dicendum, quod iudices ad hoc homines constituuntur, quia determinent ambiguum inter homines circa iustitiam esse. Dupliciter autem aliquid potest esse ambiguum: uno modo, apud simplices, & ad hoc dubium datum, mandatur Deo. 16. ut iudices & magistrati constituerentur per singulas tribus, ut in diebus iudicium iusto iudicio. Alio modo contingit aliquid esse dubium etiam apud peritos, ideo ad hoc determinandum constituitur lex, ut omnes recurrerent locum principale a Deo electum, in quo unus Sacerdos esset, qui determinaret dubia ceremonias diuini cultus: & summus iudex, qui determinaret quae pertinent ad iudicium, sicut etiam nunc per appellationem ad consultationem causae ab inferioribus iudicibus superiores deferuntur. Unde dicitur Deut. 17. cile & ambiguum apud te iudicium prospere dicam intra portas tuas uideris uerba uariare de ad locum, quem elegerit Dominus, uentis sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicium quod in illo tempore. Huiusmodi autem ambiguum non frequenter emergebant, unde ex hoc non grauabatur.

AD OCTAVM dicendum, quod in negotiis non potest haberi demonstratiua probatio dubilis, sed sufficit aliqua coniecturalis probatio, cundum quam rhetor persuadet. & ideo licet probabile duos, aut tres testes in mendacium componi non tamen est facile nec probabile, quod ceteri & ideo accipitur eorum testimonium tamquam unum, & praecipue si in suo testimonio non uariet, uel alias suspecti non fuerint. Et ad hoc etiam de facili a ueritate testes declinant, in fluctibus testes diligenter examinentur, & grauius nirentur qui inuenirentur mendaces, ut habetur Deut. 19. Fuit tamen aliqua ratio huiusmodi terminandi ad significandam infallibilem personarum diuinarum, quae quandoque mutatur duae, quia spiritus sanctus est nexus utriusque exprimentur tres, ut * Aug. dicit super Io. 8. In lege uestra scriptum est, quia duo testimonium uerum est.

AD NONVM dicendum, quod non solum grauitate culpae, sed et per alias causas grauius puniuntur. Primo quidem, per quantitatem peccati: maiori peccato ceteris paribus pena grauior. Secundo, propter peccati consuetudinem: consuetis non facilius homines abstinere nisi per graues penas. Tertio, propter cupiditatem uel delectationem in peccato: ab hoc de facili homines abstrahunt, nisi propter graues penas. Quarto, propter facilitatem committendi

& iacendi in ipso: huiusmodi. n. peccata quando manifestantur, sunt magis punienda ad aliorum terrorem. Circa ipsam etiam quantitatem peccati quadruplex gradus est attendendus etiam circa unum & idem factum. Quorum primus est, quando inuoluntarius peccatum committit, tunc enim si omnino est inuoluntarius, totaliter excusatur a pena. Dicitur enim Deut. 12. quod puella quae opprimitur in agro, non est rea mortis, quia clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam. Si uero aliquo modo fuerit uoluntarius, sed tamen ex infirmitate peccat, puta, cum quis peccat ex passione, minuitur peccatum: & poena secundum ueritatem iudicii diminui debet, nisi forte propter communem utilitatem poena aggrauetur ad abstrahendum homines ab huiusmodi peccatis, sicut * dictum est. Secundus gradus est, quando quis per ignorantiam peccauit: & tunc aliquo modo reus reputatur propter negligentiam addiscendi, sed tamen non puniebatur per iudices, sed exiabat peccatum suum per sacrificia. unde dicitur Leuitici quarto. Anima, quae peccauerit per ignorantiam, & caetera: sed hoc intelligendum est de ignorantia facti, non autem de ignorantia peccati diuini, quod omnes scire tenebantur. Tertius gradus est, quando aliquis ex superbia peccabat, id est, ex certa electione, uel ex certa malitia: & tunc puniebatur secundum quantitatem delicti. Quartus autem gradus est, quando peccabat per proteruiam, & pertinaciam, & tunc quasi rebellis, & destructor ordinationis legis omnino occidendus erat. Secundum hoc dicendum est, quod in pena furti considerabatur secundum legem, id quod frequenter accidere poterat: & ideo pro furto aliarum rerum, quae de facili custodiri possunt a furibus, non reddebatur fur nisi duplum. Oues autem non de facili possunt custodiri a furto, quia pascuntur in agris, & ideo frequentius contingebat, quod oves furto subtraherentur. unde lex maiorem penam apposuit, ut scilicet quinque boues pro uno boue redderentur. Adhuc autem boues difficilius custodiuntur, quia habentur in agris, & non ita pascuntur gregatim sicut oves, & ideo adhuc hic maiorem penam apposuit, ut scilicet quinque boues pro uno boue redderentur. & hoc dico, nisi forte idem animal inuentum fuerit uiuens apud eum, quia tunc solum duplum restituebat, sicut & in caeteris furtis, poterat enim haberi praesumptio, quod cogitaret restituere, ex quo uiuum seruasset. Vel potest dici secundum * Glosam, quod bos habet quinque utilitates, quia immolatur, arat, pascit caribus, lac dat, & cornum etiam diuersis uisibus ministrat, & ideo pro uno boue quinque boues reddebantur. Ouis etiam habet quatuor utilitates, quia immolatur, pascit, lac dat, & lanam ministrat. Filius autem contumax, non quia comedeat & bibebat, occidebatur, sed propter contumaciam & rebellionem, quae semper morte puniebatur, ut dictum est. Ille uero qui colligebat ligna in sabbatho, lapidatus fuit, tanquam legis uolator, quae sabbathum obseruari praecipiebat in commemorationem fidei nouitatis mundi, sicut * supra dictum est. unde occisus fuit tanquam infidelis.

AD DECIMUM dicendum, quod lex uetus penam mortis infligit in grauioribus criminibus, scilicet in his quae contra Deum peccantur, & in homicidio, & in furto hominum, & in irreuerentia ad parentes, & in adulterio, & in incestibus. In furto aliarum rerum adhibuit penam damni. In percussuris autem & mutilationibus induxit penam talionis, & similiter in peccato falsi testimonii. In aliis autem minoribus culpis in

A duxit penam flagellationis, uel ignominiae. Penam autem seruitutis induxit in duobus casibus. In uno quidem, quando septimo anno remissionis ille qui erat seruus, nolebat beneficio legis uti ut liber exiret, unde pro pena ei infligebatur, ut in perpetuum seruus remaneret. Secundo infligebatur furi, quando non habebat quod posset restituere, sicut habetur Exodi uigesimo secundo. Poenam autem exilii uniuersaliter lex non statuit, quia in solo populo illo Deus colebatur, omnibus aliis populis per idolatriam corruptis. unde si quis a populo illo uniuersaliter exclusus esset, daretur ei occasio idolatrie, & ideo primo Regum uigesimo sexto dicitur, quod Dauid dixit ad Saul: Maledicti sunt, qui ciecerunt me hodie, ut non habitem in hereditate Domini, dicentes, Vade, serui diis alienis. Erat tamen aliquod particulare exilium. dicitur enim Deuteronomij decimono, quod qui percusserit proximum suum nesciens, & qui nullum contra ipsum habuisset odium comprobatur, ad unam urbium refugij confugiebat, & ibi manebat usque ad mortem summi Sacerdotis. Tunc enim ei licebat ad domum suam redire: quia in uniuersali damno populi consueuerunt particulares ire sedari, & ita proximi defuncti non sic proni erant ad eius occisionem.

AD VNDECIMUM dicendum, quod animalia bruta mandabantur occidi non propter aliquam ipsorum culpam, sed in penam dominorum, qui talia animalia non custodierant ab huiusmodi peccatis. & ideo magis puniebatur dominus, si bos cornupeta fuerat ab heri, & nudius tertius, in quo casu poterat occurri periculo, quam si subito cornupeta efficeretur. Vel occidebantur animalia in detestatio nem peccati, & ne ex eorum aspectu aliquis horror hominibus incuteretur.

AD DODECIMUM dicendum, quod ratio literalis istius mandati fuit, ut Rabbi Moyses dicit, quae frequenter interfecto est de ciuitate propinquiori. unde occisio uitulae fiebat ad explorandum homicidium occultum, quod quidem fiebat per tria, quorum unum est, quo seniores ciuitatis iurabant nihil se praetermississe in custodia uiarum. Aliud est, quia ille cuius erat uitula, damnificabatur in occisione animalis, & si prius manifestaretur homicidium, animal non occideretur. Tertium est, quia locus in quo occidebatur uitula, remanebat incultus: & ideo ad euitandum utrumque damnum homines ciuitatis de facili manifestarent homicidam si scirent, & raro poterat esse, quin aliqua uerba, uel indicia super hoc facta essent, uel hoc fiebat ad terrorem in detestatio nem homicidii. Per occisionem enim uitulae, quae est animal utile & fortitudine plenum, praecipue antequam laborer sub iugo, significabatur quod quicumque homicidium fecisset, quamuis esset utilis & fortis, occidendus erat, & morte crudeli, quod ceruicis concisio significabat, & quod tanquam uilis & abiectus a consortio hominum excludendus erat, quod significabatur per hoc, quod uitula occisa in loco aspero & inculto, relinquebatur in putredine conuertenda. Mystice autem per uitulam de armento significatur caro Christi, quae non traxit iugum, quia non fecit peccatum; nec terram scidit uomere, id est, seditionis maculam non admisit. Per hoc enim quod in ualle inculta occidebatur, significabatur despecta mors Christi, per quam purgantur omnia peccata, & diabolus esse homicidii author ostenditur.

De homicidii
pena.

ARTICVLVS III.

Utrum iudicialia praecepta sint conuenienter tradita quantum ad extraneos.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̄ iudicialia praecepta non sint conuenienter tradita quantum ad extraneos. Dicit enim Petrus Actuum 10. In ueritate comperi, quoniam non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi: sed illi, qui sunt Deo accepti, nō sunt ab ecclesia Dei excludendi. Inconuenienter igitur mandatur Deuter. 23. quōd Ammonites & Moabites etiam post de cimam generationem non intrabunt in ecclesiam Domini in eternum. e contrario ibidem praeceptum de quibusdam gentibus, Non abominaberis Idumaeum, quia frater tuus est: nec Aegyptium, quia aduena fuisti in terra eius:

¶ 2 Præ. Ea quæ non sunt in potestate nostra, non merentur aliquam penā: sed q̄ homo sit eunuchus, uel ex scorto natus, non est in potestate eius. ergo in conuenienter mandatur Deut. 23. quōd eunuchus, & ex scorto natus, non ingrediatur ecclesiam Dñi.

¶ 3 Præ. Lex uetus misericorditer mandauit, ut aduenæ non affligantur. dicitur enim Exo. 22. Aduenā non contristabis, neque affliges eum, aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti, & 33. Peregrino molestus non eris: scitis enim aduenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti, sed ad afflictionem alicuius pertinet, quōd usuris opprimatur. inconuenienter igitur lex permisit Deut. 23. ut alienis ad usuram pecuniam mutuarent.

¶ 4 Præ. Multo magis appropinquant nobis homines, quā arbores, sed his sunt nobis magis propinqua, magis debemus affectum & effectum dilectionis impendere, secundum illud Eccles. 13. Omne animal diligit simile sibi. sic & omnis homo proximum sibi. inconuenienter igitur dominus Deu. 30. mandauit, q̄ de ciuitatibus hostiū captis oēs interficerent, & tamen arbores fructiferas nō succiderent.

¶ 5 Præ. Bonum commune secundum uirtutem, ē bono priuato preferendum ab unoquoque: sed in bello quod committitur contra hostes, queritur bonum commune: inconuenienter igitur mandatur Deuter. 20. quōd imminente praelio aliqui domum remittantur, puta, qui edificauit domum nouam, & plantauit uineam, uel qui despondit uxorem.

¶ 6 Præ. Ex culpa non debet quis commodum reportare, sed quōd homo sit formidolosus, & corde pauidus, culpabile est: contrarium enim est uirtuti fortitudinis. inconuenienter igitur a labore praelii excusabantur formidulosi, & pauidum cor habentes.

SED CONTRA est, quōd Sapientia diuina dicit Prover. 8. Recti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum.

RESPON. Dicendum, quōd cum extraneis potest esse hominum conuersatio dupliciter. Vno modo pacifice: alio modo hostiliter. & quantum ad utrumque modum ordinandum lex conuenientia praecepta continebat. Tripliciter enim offerebatur Iudæis occasio, ut cum extraneis pacifice communicarent. Primo, quidem, quando extranei per terram eorū transitum faciebant quasi peregrini. Alio modo, qñ in terram eorum adueniebant ad inhabitandum sicut aduenæ, & quantum ad utrumque lex misericordiae praecepta posuit. Nam Exod. 22. dicitur, Aduenā non contristabis. & 23. dicitur, Peregrino molestus non eris. Tertiō uerō, quando aliqui extranei totali-

Fter in eorum consortium, & ritum adimitur. Et in his quidam ordo attendebatur, non enim recipiebantur quasi ciues, sicut etiam quidam Gentilium statutum erat, ut non recipiantur nisi qui ex auro, uel atauo ciues existunt. Philosophus dicit in 3. Polit. & hoc ideo, quod extranei aduenientes recipiuntur ad id dum ea quæ sunt populi, possent multa petere, tingere, dum extranei non habentes aduenam firmitatem ad bonum publicum, aliqua contrarium attentarent, & ideo lex statuit, ut de quibusdam Gentibus habentibus aliquam affinitatem ad Iudæos, scilicet de Aegyptiis, apud quos nati fuerunt, & de Idumæis filiis Esau fratris Iacob, & de quibusdam uerō, quia hostiliter se ad eos habuerunt, Ammonitæ, & Moabitæ, nunquam in consortium populi admitterentur. A malecitis autem, qui eis fuerant aduersarij, & cum eis nullum cognatum habebant consortium, quasi hostes perpetui dicitur Deuter. 20. Bellum Dei erit contra A malec ageneratione in generationem. Statuitur etiam quantum ad hostilem communicationem extraneis lex conuenientia praecepta. Nam primo quidem instituit, ut bellum intretur. Mandatur enim Deut. 20. quōd quando uentur ad expugnandum ciuitatem, offerrentur pacem. Secundō instituit, ut foriter bellum intretur exequerentur habentes de Deo fiduciam. hoc melius obseruandum instituit, quōd in praelio sacerdos eos confortaret, promitteret auxilium Dei. Tertiō mandauit, ut impedimenta remouerentur, remittendo quosdam aditus, qui possent impedimenta praefare. Quartō ut uictoria moderate uterentur parcendo nobis & paruulis, & etiam ligna fructifera regni incidendo.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ hominum gentis exclusit lex a cultu Dei, & ab his quæ ad animæ salutem. dicitur enim Exod. 12. Si regnorum in uestram uoluerit transire, & facere Phasē Domini, circumcidetur masculinum eius, & tunc rite celebrabit, etiam si sicut indigena terre. Sed in temporalibus tantum ad ea quæ pertinebant ad communitatem populi, non statim quilibet admittebatur ratio: prae dicitur: sed quidam in tertia generatione, scilicet de Aegyptiis, & de Idumæis. Alii uerō perpetuo excluduntur de tertia generatione, sicut Moabitæ, Ammonitæ, & A malecitis. Sicut enim puniretur aliquis propter peccatum quod commisit, pariter tunc timeant, & peccare desistant: ita etiam aliquod peccatum gens, uel ciuitas potest punire, si alii a simili peccato abstineant. Poterat tamen spernatiue aliquis in collegium populi admitteri propter aliquē uirtutis actum, sicut Iudith decepto dicitur, quōd Achor dux filiorum Ammonitarum positus est ad populum Israel, & omnis mulieris eius. Et similiter Ruth Moabitæ, quæ uirtutis erat, licet possit dici, quōd illa prole tendebatur ad uiros, non ad mulieres, quod competit simpliciter esse ciues.

AD SECUNDVM dicendum, quōd Philosophus dicit in tertio Politicorum, quod aliquis dicitur esse ciuis. Vno modo simpliciter, & alio modo secundum quid. Simpliciter ciuis est, qui potest agere ea quæ sunt ciuilitatis, dare consilium, uel iudicium in populo. Secundum quid autem ciuis dici potest, qui